

Band I., Nr. 60, Seite 63-64

Wago und Chadaloh, des Grafen Perahtolds Söhne, geben, sowohl was sie getrennt, als in Gemeinschaft an innen benannten Orten besitzen, unter beigefügten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Zell, 805. Oktober 23.

(Chr.) Nos vero in dei nomen Uuago et Chadaloh, filii Peratoldi comitis, considerantes casum humane fragilitatis, nostramque subitanam de ac luce metuentes transmirationem, ideo tradimus pro animarum nostrarum refrigerio quedam loca ad monasterium sancti Gallonis, sicut in hodierna die a nobis possessa noscuntur, tam divisa inter nos, quam etiam ea que in commune adhuc habere videmur. Ut est in Marahtale¹, et quod ante habuimus, et quod postea adquesivimus, cum omnibus que ad nos ibidem pertinent. Similiter et in Pussone² illam basilicam³ et ad See. Similiter et in Heistilingauue et in Uuangas⁴ et in Hohdorf et ad Uillare, quantum in his denominatis locis presenti die nobis in hereditatem succedit, nihil pretermittendo, prona et integra liberalitate communique consilio ad supra dictum monasterium volumus esse concessum. Sequestra hoc trado ego Uuago portionem meam in Dhahdhorf⁵ et in Meringas⁶, quantum et in ipsis locis presenti die certus sum habere. Similiter et ego Chadaloh portionem meam in his subsequenti- bus locis. Id est, in Taugindorf et in Cruaningum⁷ et in Asenheim⁸, et omnem illam silvam, et quod dicitur Wolfpoldessiaza⁹ et in Dhahdhorf et in inferiore Meringa¹⁰ et in Antarmarhingas¹¹ et in Uuahhingas¹² et in Sembinuuanc et

¹Obermarchtal, Obermarchtal, UL, bzw. Untermarchtal, Untermarchtal, UL.

²Der Bussen bei Riedlingen, Riedlingen, BC.

³Seekirch, Seekirch, BC.

⁴Wengen, Bad Wurzach, RV.

⁵*Dhahdhorf*, ist wohl nicht Datthausen, Obermarchtal, UL, sondern ein anderer abgeg. Ort bei Ober- oder Untermarchtal; MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (*Sankt Galler Kultur und Geschichte*, 16), Bd. 1, S. 364., Anm. 186.

⁶Möhringen, Unlingen, BC.

⁷Grüningen, Riedlingen, BC.

⁸Asenheim, Unlingen, BC, W.

⁹Wolfpoldsießen, Unlingen, BC, W.

¹⁰Ebenfalls Möhringen, Unlingen, BC, das früher offensichtlich in ein Ober- und Untermöhringen geteilt war.

¹¹Emerkingen, Emerkingen, UL.

¹²Oberwachingen, Uttenweiler, BC, bzw. Unterwachingen, Unterwachingen, UL.

II

in Stiuloheim¹³, et ultra Danubium in Erfstetim conquesitum meum cum omni marca sua, id est, et illam terram in superiori Uuilzinga et in inferiori. Omnia que in his supradictis locis, sicut iam supra memoravimus, et partita et non partita, vel quicquid in hac die presente in pago nuncupante Folcholtespara¹⁴ visi sumus habere, excepto quod Uuago habet in Heidcauuue et in Antarmarhingas, reliqua omnia, sicut nos in hac die vestiti sumus, cum domibus, edificiis, mancipiis, terris, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, mobilibus atque immobilibus, ingressus et egressus, vel quicquid dici aut nominari potest, et nos in prefatis locis visi sumus habere, excepto quod supra pretermisimus, reliqua omnia, sicut iam superius taxavimus, libera voluntate, manu potestativa, nulloque contradicente, ad supra nominatum monasterium vel rectoribus eius tradimus ad possedendum. In ea namque ratione, ut ipsas res sub usu fructuario ad nos recipiamus, et annis singulis pro censu uterque nostrum duos solidos prosolvamus, id est, inter ambos solidos IIII. Et qui de nobis alterum supervixerit, si voluerit redemere partem fratris sui, licentiam habeat hoc faciendi cum solidis CCCC. Et si nos absque filiis, qui de legitima uxore nobis nati fuerint, de ac luce migraverimus, tunc omnia, que supra memoravimus, absque omni cuiuslibet contradictione ad ipsum monasterium revertantur perpetualiter ad possedendum. Si quis vero, quod futurum non credimus, si nos ipsi, quod absit, aut aliquis ex heredibus nostris, aut quilibet persona, qui presentem cartam firmitatis infringere conatus fuerit, affectum quem incoavit non obteneat, et in aerarium regis prosolvat DC solidos auri, et nihilominus presens cartula omni tempore firma et inviolata perduret, cum stibulatione subnexa. Actum in loco, qui vocatur Rammesauuuu¹⁵ atque Perahtoltescella, publice, presentibus quorum hic signacula continentur. Signum Uuagonis et Chadaloh auctorum, qui hanc cartam fieri atque firmare rogaverunt. + Aginonis testis. + Reginoldi testis. + Ghisalured testis. + Pald testis. + Ecchihart testis. + Chadolt testis. + Cundhart testis. + Anno testis. + Erhard testis. + Erolt testis. + Isanbreht testis. + Uuolfleip testis. + Uuatto testis. + Dheotinc testis. + Erinbret testis. + Ato testis. + Peranuuc testis. + Renuini testis. + Gaerhart testis. + Adalhart testis. + Libo testis. + Friccho testis. + Suuindpreht testis. + Hugibold testis. + Anthad testis. + Regeringer testis. + Hiuto testis. Ego itaque Scritolf presbiter rogitus, anno XXXV. Caroli regis,

¹³*Sembinuuanc* und *Stiuloheim*, unbestimmbare abgeg. Orte bei Unlingen oder Ober-/Unterwachingen.

¹⁴Zu diesem Gau vgl. Stälin: *Württembergische Geschichte*, Bd. 1, S. 294.

¹⁵Zell, Riedlingen, BC.

III

X. Kalendas Novembris die Iovis¹⁶ scripsi et subscripsi^a.

—

Der Textabdruck folgt dem Original im Stiftsarchiv St. Gallen.

^aDas Wort *subscripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

¹⁶Der 23. Oktober des 35. Königsjahres Karls fällt, von 768 Okt. 1 an gerechnet, in das Jahr 802, von 771 Dez. 4 an gerechnet, in das Jahr 806. Das nächste Jahr, in dem der 23. Oktober auf den Donnerstag fällt, ist das Jahr 805.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen I. 161

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 101. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 155 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 186, S. 175 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zell

Ortsindex:

Asenheim Wüstung (23970)

Asenheim, Unlingen, BC, W

Datthausen Wohnplatz (16901)

Datthausen, Obermarchtal, UL

Daugendorf Wohnplatz (17480)

Daugendorf, Riedlingen, BC

Dhahdhorf

Emerkingen Wohnplatz (16806)

Emerkingen, UL

Erbstetten Wohnplatz (16772)

Erbstetten, Ehingen (Donau), UL

Grünigen Wohnplatz (17484)

Grünigen, Riedlingen, BC

Haidgau Wohnplatz (18965)
Haidgau, Bad Wurzach, RV
Haistergau
Hochdorf Wohnplatz (17274)
Hochdorf, BC
Möhringen Wohnplatz (17710)
Möhringen, Unlingen, BC
Obermarchtal Wohnplatz (16905)
Obermarchtal, UL
Oberwachingen Wohnplatz (17727)
Oberwachingen, Uttenweiler, BC
Oberwilzingen Wohnplatz (15875)
Oberwilzingen, Hayingen, RT
Seekirch Wohnplatz (17599)
Seekirch, BC
St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
Untermarchtal Wohnplatz (16964)
Untermarchtal, UL
Unterwachingen Wohnplatz (16969)
Unterwachingen, UL
Unterwilzingen Wohnplatz (16796)
Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL
Weiler Wohnplatz (17243)
Weiler, Eberhardzell, BC
Wengen Wohnplatz (19141)
Wengen, Bad Wurzach, RV
Wolfpoldsießen Wüstung (26377)
Wolfpoldsießen, Unlingen, BC, W
Zell Wohnplatz (17489)
Zell, Riedlingen, BC